

3/

*De rehabilitatione post mortem*

FACTI SPECIES. - Libello diei 21 decembris 1967, Valerius sacerdos, dioecesis B., nomine etiam aliormum fidelium, petiit a Signatura Apostolica «rehabilitationem» defuncti sacerdotis X ab excommunicatione contra ipsum a Suprema Congregatione S. Officii die 22 aprilis 1914 pronunciata.

DECISIO. - In Congressu diei 21 maii 1968 decretum est: *Recursus admitti nequit*, tum ratione materiae, tum ratione temporis. Nequit enim competentia Signaturae Apostolicae ad hanc materiam extendi, neque ad tempus antecedens novam eiusdem competentiam administrativam.

DECISIO. - In Congressu diei 21 maii 1968 decretum est: *Recursus admitti nequit*.

ANIMADVERSIO. - *Recursus non admittitur*, quia competentia Signaturae Apostolicae non extenditur ad tempus novam eiusdem competentiam administrativam antecedens.